



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Lutgardis Virgo. Custodia oculorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)





S. LUTGARDIS VIRGO.

*Custodia oculorum.*

Deus, qui S. LUTGARDIM, cælestibus  
gratiis cumulatum, corporali visu diu  
carere voluisti, da nobis ipsius depre-  
catione adjutis, eodem tam moderate  
uti, ut æterno lumine numquam  
privemur.

*Ora pro corporaliter cæcis,*



era-  
ulum  
omnia  
factus  
us se-  
vidit  
utaro  
socio  
nibus  
iit ad  
rdini-  
diit, &  
plum,  
s secu-  
piense,  
se. In  
etiam  
deposi-  
us ibi-  
ait; pri-  
nus so-  
tianus,  
no 836  
evoran-  
doribus

*am Lucas delineavit*



**L**VTGARDIS, an. 1182 apud Tungros in Brabantia nata, in monasterio S. Catharinæ Benedictinum habitum duodennis suscepit; exinde, post nonnulla pro castitate certamina, magnis Christi Deiparæque & Sanctorum cumulata favoribus, dolenter tulit ab his avelli, per curas regiminis sibi frustra reluctanti impositas. Igitur, divinitus instructa quid ageret, anno 1206, ætatis 24 Aquiriam transit ad Ordinem Cisterciensem, ibique vixit ad 1246. Frequens ei arctumque cum oratione pene continua jejunium erat, pro vivorum peccatis & defunctorum pœnis luendis; magno utrorumque fructu, sæpe sibi per visum revelato. Undecim ultimos annos transegit visu corporali orbata; nec nisi sub obitum aperuit oculos, non amplius claudendos; quando corpori toti juvenilis etiam candor rediit, & sic illata tumulo est: inde vero postmodum elevata ossa sub altari sunt collocata. Vitam, revelationes, miracula descripsit secretorum ejus omnium conscius, Vener. Thomas Cantipratanus.

*Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine: Job 31.*